



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXII. An Christianis fas belligerare contra Turcas?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

AD V. Peccatum potest à pluribus puniri, quando plures offendit.

AD VII. Obligare pendet ex libera intentione Legislatoris.

QVÆSTIO LXXII.

*An Christianis belligare fas contra hostes?*

**M**ANICHÆI docebant bellum ex natura illicitum esse. Sic & Anabaptistæ, & Oecolampadius. &c. Huc plures adducit S. Patres Erasmus, apud Bell. lib. 3. cap. 14.

**L**UTHERVS ART. 34. negat licitum Christianis contra Turcam gerere bellum.

**S**YADENT ILLIS. 1. Quia Voluntas Dei est, v. à Turca, et flagello puniamur. 2. Dei autem voluntati resistere nefas. 3. Quia Ecclesiæ utilior est tribulatio, quam pax. Vnde SCRIP. de matrimonio, cul. at morem Ecclesiæ orantis pro pace. 3. Quia, ait *arsic. 34.* Pontifici sunt peiores Turcis: at stultum est, pro peioribus contra meliores Turcas pugnare.

**A**VTOR. Odium in Papam huc impulit Lutherum.

**D**ICO AD I. Permittit Deus nos exerceri, hoc sine, vt conuertamur à peccatis, non vt pereamus: Itaque vult vt resistamus molienti nobis interitum, quem Deus non vult. Immittit pestem; non vult tamen ei non resisti.

**A**D II. Quia tribulatio periculosa est, idcirco eam deprecari iubemur. *Matth. 6. Et ne nos inducas. &c.* Iubemur, *1. Timoth. 2.* Orare pro regibus & pace.

**A**D III. Absurditatem suam Lutherus, *l. de Visit. Saxon.* postea reuocauit.

QVÆSTIO LXXIII.

*An Principis sit dare libertatem Religionis, specie Conciliationis?*

**E**TNASC. omnes Philosophorum sectas admittebant, ait *Aug. 1. 18. de Ciuit. c. 51.* Themistius Philosophus Valenti Imperatori suavit, gratari Deo sectarum esse varietatem, dum ita modis pluribus colitur,

et, sicque pluri, quò difficilius cognoscitur.

**P**ROTESTANTES Spiræ anno 1526. se obtinuisse feruntur libertatem religionis.

**S**YADENT ILLIS. 1. Quia fides est libera. 2. Quia donum Dei est. 3. Quia experientia constat, cogendo nil profici. 4. Quia Christiani Iudeos, etsi hostes, semper tolerauerunt.

**A**VTOR. Principis est tueri Catholicam Religionem; non alterius permittere libertatem.

1. Quia, *Prouerb. 20. Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Item, Dissipat impios hæreticos, Rex Sapiens. Psal. 2. Reges erudimini, qui iudicatis terram; seruite Domino in timore.*

2. *Apocal. 2.* culpatur Angelus Pergami habens tenentes doctrinam Nicolaitarum. &c.

3. Contra libertatem eam fancierunt Papæ, decreuerunt Imperatores. Solum tres Imperatores eam indulerunt: Iouinianus, ideo grauiter à Concilio Antiocheno reprehensus. Valens, sed Arianus; & Iulianus Apostata.

4. Rationes sunt: 1. Quia, potestas secularis, & spiritalis sunt iunctæ in Ecclesiâ, sicut corpus & anima: ac huic illud parere debet præterquam protectionem. Cùm autem dissensio in fide sit Ecclesiæ dissolutio, vinculum enim illi est confessio fidei, ideo fidei libertas ei exitialis est.

2. Quia, *Deut. 17.* iubentur occidi, qui non obediunt Sacerdoti. Et, *cap. 18.* pseudoprophetæ exterminari: Et, *Aug. ep. 18. 50* affert exempla Ezechiel, Iosaphat, Iosifæ, &c. destruentium lucos, idolorum sana; populumque ad verum Dei cultum cogentium. 3. Quia, Pax reipublicæ dissoluitur varietate religionum, subnascitur cuique mutua diffidentia: & sic regnum in se diuisum desolabitur.

4. Quia, libertas credendi est libertas errandi in re o-